



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

18. Ut incarerati à Præpositis Ecclesiæ diebus dominicis visitentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Quòd rite omni sabbato jejunetur.

*Ex eodem.*

XVI. Sabbato verò jejunandum esse ratio-  
evidentissima demonstrat. Nam si die domini-  
ca ob venerabilem resurrectionem Domini  
nostrí Jesu Christi non solùm in Pascha cele-  
bramus, verùm etiam per singulos circulos  
hebdomadum ipsius diei imaginem frequen-  
tamus, ac sexta feria propter passionem Do-  
mini jejunamus, sabbatum prætermittere non  
debemus, qui inter tristitiam & lætitiam tem-  
poris illius videtur esse inclusus. Nam constat  
Apostolos biduo isto & in mœrore fuisse, &  
propter metum Judæorum se occultasse. Qua-  
propter sicut sexta feria jejunandum, ita &  
sabbato agendum est: quia ambo dies tristi-  
tiam ostendunt, sicut dies dominica lætitiam.

Jejunia legitima nonnisi maxima nécessitate  
solvenda. Unde suprà.

XVII. Jejunia sanè legitima, id est, quar-  
ta & sexta feria, non sunt solvenda, nisi pro-  
grandi necessitate: quia feria quarta Judas de  
traditione Domini cogitavit, & sexta feria  
crucifixus est Dominus. Videbitur ergo qui in  
his diebus non jejunat vel cum tradente tra-  
dere salvatorem, vel cum crucifigentibus cru-  
cifigere.

Ut incarcerati à Præpositis Ecclesiæ diebus  
dominicis visitentur. *Ex Concilio  
Aurelianensi.*

XVIII. Miserationis intuitu æquum du-  
B b iij Concil. Aure-  
lian. §. c. 20.

390 PRIMA APPENDIX  
ximus custodire ut pro quibuscumque culpis  
in carceribus deputantur rei , à Præposito Ec-  
clesiæ diebus dominicis requirantur , ut necel-  
fitas vinctorum secundum præceptum Domini  
ni misericorditer sublevetur , & competens vi-  
ctus de domo Ecclesiæ tribuatur.

Ut mulieres publicè docere non præsumant,  
neque baptizare. *Ex eodem.*

Concil. Car.  
thag. 4. c. 99.  
& 100.  
Burchard. lib.  
8. c. 83.

XIX. Mulier , quamvis docta & sancta  
fit , viros in conventu docere non præsumat.  
Similiter nec baptizare.

Qui ad Ecclesiam confugiunt , tradi non  
debent. *Ex eodem Concilio.*

Concil. Are-  
lat. 2. c. 30.

X X. Eos qui ad Ecclesiam confugerint  
trahi non oportet ; sed eos domini sui promis-  
sa venia , exire persuadeant. Quòd si ab Eccle-  
sia exeuntibus pœnale aliquid intulerint , ut  
Ecclesiæ inimici , habeantur excommunicati.

De accusatis vel accusatoribus.

Burchard. lib.  
2. c. 196.

XXI. Illud præterea omni ecclesiastico of-  
ficii omnimodis observandum est , ut nullaten-  
tus aliquis præsumat in Concilio vel synodali  
conventu aliquem confratrum accusatione  
pulsare , nisi priùs ipsum accusationis crimen  
& litigationis causas litteris per ordinem com-  
prehensum manu propria subscripserit , &  
Episcopo vel sacræ synodo porrexit , ut justè  
& canonice litigantium controversiæ finian-  
tur. Non enim licet , ut auctoritas Romana  
testatur , nisi inscriptione celebrata reum  
quemquam fieri , nec ad judicium exhiberi